









1768, 15.  
No. 75.

SPECIMEN  
CONTINENS

CAPVT IVRIS CONTROVERSVM

DE

GENVINO ACTIONVM  
IN BONAE FIDEI

ET

STRICTI IVRIS DIVISIONIS FVNDAMENTO

QVOD

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA

PRAESIDE

D. CHRISTIANO HENR. BREVNING

PROFESSOR. IVR. NAT. ET GENT. PVBLIC. ORDIN.

ET SOCIETAT. LITER. DVISBVRG.

SOCIO

DIE XXI. MAII ANNO CIOIOCCCLXVIII.

IN AVDITORIO PETRINO

PVBLICE DEFENDET

AVTOR ET RESPONDENS

LVDOLPHVS CHRISTIANVS CONRADVS

HASSE

GOSLARIENS.

---

L I P S I A E

EX OFFICINA LANGENHEMIA.





282

SPECIMEN  
CONTINENS

CAPUT IVRIS CONTROVERSVM

GENVINO ACTIONVM

IN BONAE FIDEI

ET

STRICTIVRIS DIVISIONIS FVNDAMENTO

QVOD

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA

P R A E S I D E N S

D. CHRISTIANO HENR. BREVNING

PROFESSOR IVR. NAT. ET GEN. PVBLIC. ORDIN.

ET SOCIETAT. IURIS DIVISIONIS

DIE XXI. MAII ANNO MDCCCLXXVIII.

IN AVDITORIO PETRINO

PVBLICE DEFENDET

AVTOR ET RESPONDENS

LVDOLPHVS CHRISTIANVS CONRADVS

HASSE

GOETTLINGENSIS

L I P S I A E

EX OFFICINA LANGENHEIMIA.





V I R O  
M A G N I F I C O,  
ILLVSTRI EXCELLENTISSIMO,  
AMPLISSIMO  
IOHANNI GOTTLIB  
BOEHMIO

SERENISS. ELECT. SAX. CONSILIARIO AVLICO  
EIVSDEMQUE HISTORIOGRAPHO ET PROF. PVBL. ORD.  
HISTOR. FACVLTATIS PHILOSOPHICAE ASSESSORI  
E T  
H. T. RECTORI ACADEMIAE MAGNIFICO  
CAET.

NEC NON

V I R O  
M A G N I F I C O,  
EXCELLENTISSIMO AMPLISSIMO  
CAROLO GVNTHERO  
LVDOVICI

ORGANI ARISTOTELICI PROF. PVBL. ORD.  
FACVLT. PHILOSOPHICAE ASSESSORI,  
ACADEMIAE ARCHIVARIO  
CAET.



V I R O

P A T R O N I S

ILLVSTRI EXCELLENTISSIMO  
S V I S  
AMPLISSIMO

OMNI HONORIS CVLTV AETATEM  
DEVENERANDIS

B O H E M I O

SERENISS. ELECT. SAX. CONSILIARIO AVLICO  
EIVSDEMQUE HISTORIOGRAPHO ET PROF. PUBL. ORD.  
HISTOR. FACULTATIS PHILOSOPHICAE ASSESSORI

H. T. RECTORI ACADEMIAE MAGNIFICAE

D. D. D.

NEC NON

V I R O

M A G N I F I C O

EXCELLENTISSIMO AMPLISSIMO

C A R O L O G V N T H E R O

L V D O L P H I

LVDOLPHVS CHRISTIANVS CONRADVS HASSE  
GOSLARIENS.

ORGANI ARISTOTELICI PROF. PUBL. ORD.  
FACULT. PHILOSOPHICAE ASSESSORI  
ACADEMIAE ARCHIVARIO

C A T.





*V*ile, quod *VOBIS* voueo, *PATRONI*,  
Gratiae pignus, graue quod nitore  
Nominis *VESTR* Inieo micantis  
Omne per aeuum,

*Deb*iti ponit monumenta, qualem  
*Dir*uat nunquam boreas! amoris,  
*Qui DECVS VESTRVM* patitur nec vlla  
Luce fileri.



*Mitis accessus pateat libello*

*Non licet cedro fuerit notatus,*

*Nec sibi fuco Tirii coruscet*

*Splendidus ostri*

*Subtrahat VESTRUM, Philyrae, nitet quo,*

*Sera nox LVMEN! Sine nube longa*

*Saecla VOS praestent columes, ab omni*

*Parte beatos!*





DE  
GENVINO ACTIONVM  
IN BONAE FIDEI  
ET STRICTI IURIS DIVISIONIS  
FVNDAMENTO

---



*Instituti vario.*

Publicam vitae ac temporis, quod in illustri  
Philyraea transegi, rationem reddituro,  
hanc potissimum iuris latii, quae de actio-  
nibus bonae fidei et stricti iuris agit, enodandi materiam  
quod mihi sepofuerim, veniam denegaturum haud quem-  
quam





quam existimo, non ignarum, celeberrimos Ictos, qui alias iuris Romani partes intellectu difficiliores illustrarunt, hanc enucleandam omisisse, ab aliis vero, qui a praeiudiciis forte non alieni fuerunt obfuscatam, spissisque obfusam tenebris, egere quadam enucleatione. Quam cum in me susceperim, voluntas magis, quam facultas respiciatur, opto, effecta an nisibus responderint, optimo cuique diiudicanda relicturus.

§. I.

Actio de iure Romano non aliter definiiri potest quam per formulam sollemnem, qua partes litigantes coram Praetoris tribunali ad ius suum consequendum inter se disceptabant. Hinc promiscue actio, formula et vice versa usurpatur. Et PAVLVS in L. 42. ff. de Furt. *non vulgarem formulam* in dominum ex cuius voluntate nauem seruus non exercuisset, intuitu eius, quod periisset, dandam censet. Actionem legis AQUILIAE PLIN. libr. IX. 59. Histor. Nat. damni dati formulam appellat. CICER. libr. III. de Offic. cap. 14. *Collega*, inquit, *Aquilius nondum formulas de dolo malo protulerat*, h. e. de dolo malo actionem. Finis, quem actione instituta intendimus, est, vt, quod nobis competit, ius consequamur. Ius, quatenus actionis causa efficiens consideratur, est facultas nobis competens vel in rem, vel in personam ad dandum aliquid praestandumue obligatam.

Haec





Haec actionum in praeiudiciales, reales et personales diuisionis origo. Porro cum quaelibet actio lege suffulta et iuris dispositione quadam constituta esse debeat, ius vero vel ciuile, vel honorarium sit, inde altera in ciuiles et praetorias actionum distributio, et denique ex natura negotii, reus si arbitrio iudicis rem petitori restitui iubentis non paruerat, in aliquod maius condemnaretur arg. §. 31. Inst. vid. HVBER. h. t. mox libera ex aequo et bono iudicandi potestas iudici permitteretur §. 3. I. de Aet. mox vero nihil aetori, nisi quod expresse lingua nuncupatum scriptumue erat, adiudicari posset, in arbitrarias, bonae fidei, et stricti iuris actiones dispesci, in intellectu haud est difficile. Et huius vltimae diuisionis fundamentum expositurus, ne iudicium Sexti Caccilii, qui interrogatus a Fauorino de obscuritate LL. XII. tab. causam vetustati, verba moresque oblitteranti, adsignabat, non vereor meo me oporteat comprobare suffragio, monumentis quibusdam, quibus res illustrari poterit, adhuc exstantibus.

### §. II.

Innumerabiles fere circa hanc materiam existunt ICtorum controuerfiae. Nonnullas et quidem fama illustriorum adducere iuuat. Alii nimirum, Imperatorem omnia b. f. iudicia in §. 28. I. de Aet. enumerasse, nullasque alias, nisi quae vtilis et contrariae, adeoque sub nomine directarum continerentur, bonae fidei actiones dari existimant. Princeps huius sententiae HVBERVVS in

B

Prael.





Prael. ad Tit. Inst. de Act. Subscribunt HARPRECHT,  
 RITTERSHYSIVS ad Inst. BACHOV. de Act. diff. VI.  
 thef. 3. Sed quod pace horum illustrium virorum dixe-  
 rim, speciosa quidem, sed minus solida eorum oratio vi-  
 detur. Nam quamvis Imperator *ὀφιστως* dixisse videatur:  
*bonae fidei sunt haec*: exinde ad absolutam omnium b. f.  
 actionum relationem inferri posse, non putarem, eam prae-  
 cipue ob rationem, quia IVSTINIANVS saepenumero  
*ὀφιστως* pronunciauit, nec tamen per eiusmodi phrasin  
 omnes omnino, sed tantum potiores generis species enu-  
 merare voluit. Adferri probandi causa vnum, caeteris  
 ommissis, adducam exemplum. In princ. Inst. de seruit.  
 praest. rust. eodem modo dixit Imperator: *Rusticorum*  
*praediorum iura sunt haec* iter, actus, via, aquaeductus.  
 Quis vero assereret, has tantum, nec alias dari seruitutes  
 rusticas? Alii largiores; quae implicite, quae explicite  
 sub enumeratis in cit. §. 28. laterent, etiam bonae fidei  
 actiones esse, dictitantes, in devia veluti flectunt. Quae  
 enim implicite, quae explicite ibidem contineantur acris  
 inter eos coorta lis est, quam, absque omni disceptan-  
 tium principio, componere operae pretium haud esse  
 videtur.

### §. III.

Eorum autem sane spinosior est opinio, qui vtrius-  
 que actionis cognoscendae principium in bilaterali et vni-  
 laterali obligationum vinculo positum esse contendunt.  
 Sed minus firmum eorum principium esse videtur. Et-  
 enim





enim conditiones ex vni laterali cooriuntur obligatione, et tamen bonae fidei esse dicuntur. Per conditiones non intelligo genus actionum personalium, sed eas duntaxat personalium species, quibus specialiter praedicatum generis tribuitur. Principium, quo illae nituntur, est aequitas naturalis: *Neminem debere locupletari per iniuriam cum damno alterius*, L. 32. ff. de reb. cred. Quarum quaecumque adspicias; vinculum animaduertes tantum unilaterale. Ille qui accepit, causa finali non secuta, vel indebitè aut ob turpem causam accepit, ad restitutionem ex aequitate naturali per legem agnita obligatur. Cum autem conditiones bonae fidei iudicia esse, nemo in dubium vocet, nec possit, siquidem iuris gentium esse dicuntur, L. 25. D. rer. amot. et ex aequo et bono descendere L. 14. D. de cond. ind. vinculo bilaterali haud fundari posse diuisionis fundamentum, palam est.

§. IIII.

Quandoquidem vero neque ius naturale, neque gentium, quippe quod a sapientissimo legislatore inter omnes homines constitutum, eiusmodi plane ignorat subtilitates, huius diuisionis rationem in se continere posse, satis perspicuum est, eam in sola Romanorum Politia exquirendam esse, qui dubitet, neminem esse existimo. Quem enim fugit, Romanos eorumque fora mere fuisse formularia? Non solum in foro tantum formularum sed





et extra iudicium frequens erat usus. In quibus, cum  
 omnis obligationis virtus ex solemnibus gigneretur carmine,  
 L. 8. §. 3. ff. de accept. L. 1. §. 1. ff. de pact. L. 2. ff. de  
 nou. tantum aberat, vt illud, quod ex bono et aequo  
 descendere videretur, vt potius carmen illud solemne  
 vnicum Romani respicerent.

§. V.

Neque tamen in omnibus negotiis solemnitas for-  
 mularia ad effectum obligationis requirebatur, sed illae  
 tantum conventionum species, quae Politiae Romanae  
 formam suam peculiarem atque indolem debebant, so-  
 lemni ratione celebrari mos erat. Quae et idcirco ci-  
 uilium nomine veniunt. His opponuntur eiusmodi  
 obligationum contrahendarum modi, qui sedem in iure  
 naturali habent, adeoque apud omnes obtinent gentes,  
 naturalem habere praestationem L. 8. ff. de cap. min.  
 et ex bona fide descendere dicuntur, L. 57. ff. §. 3. de  
 contr. emt. Hae absque omni formularum solemnitate  
 absoluebantur.

§. VI.

Non omnibus conventionum speciebus, sed tan-  
 tum iis, quae vel a solo iure Romano suam acceperant  
 substantiam, vel per se, vt pacta nuda, non subsistebant,  
 for-



formularia opus fuisse solemnitate, quam supra dixi.  
 Earum nunc, quae olim verbis solemnibus celebrari  
 solebant, praecipuas tradam. **CAIVS** in *Fragm.* libr. II.  
 tit. 9. §. 3. mentionem facit stipulationis, sponsionis,  
 dotis dictionis et iuris iurandi quod libertus patrono  
 praestabat. **MODESTINVS** in *L. 52. ff. de obl. et act. de*  
*stipulatione* ita loquitur: *verbis*, inquit, *obligamur cum*  
*praecedat interrogatio et sequitur*, congrua responsio. Et  
**PAVLVS** libr. II. sent. tit. 3. bene ait: *stipulatio est ver-*  
*borum conceptio, ad quam quis congrue interrogatus re-*  
*spondet.* **IUSTINIANVS** §. 1. de verb. obl. tradit  
 verba solemnia, quae in stipulatione adhibebantur:  
**SPONDES? SPONDEO. PROMITTIS? PROMIT-**  
**TO. FIDEPROMITTIS? FIDEPROMITTO. etc.**  
**PLAVT.** *Captiu. Act. IV. Sc. 2. v. 188.*

**TER.** Vnde id? **HE** a me meoque gnato

**ER.** **SPONDEN TV ISTVD? HE.** **SPONDEO.**

Dotis dicio quomodo celebrata fuerit, tradere voluisse  
 videtur

**TERENTIUS** in *Andr. Act. V. Scen. IV.*

Dos Phamphile

Talenta quindecim. **P. A.** Accipio.

B 3

§. VII.





Sicuti verò aliorum negotiorum ciuiliū verba  
 solemnna causa erant, ita aliorum obligationem scriptu-  
 ra operabatur, et vt in stipulatione verba solemnna re-  
 quirebantur, ita et in litterarum obligatione solemnna ne-  
 cessario adesse debebat scriptura. Vulgaris enim scri-  
 ptura probationis ergo cuiilibet accedere poterat con-  
 uentioni, nec quicquam exinde negotiū natura alteratur.  
 Quomodo vero conceptae fuerint eiusmodi cautiones,  
 abunde docebit ea, quam in Aemiliū Papiniani Icti et  
 Praefecti Praetor. auditorio lectam fuisse PAVLVS in  
 L. 40. ff. de reb. cred. commemorat. Varias olim  
 fuerunt litterarum obligationis species, quas recensere  
 supersedeo, cum eas illustr. Dn. a LVDWIG in Diss.  
 de nexu scripturae collectas eleganter explicauit. No-  
 minum obligatio praecipua fuisse videtur. De qua CI-  
 CERO libr. III. cap. 14. de offic. egregium profert exem-  
 plum. Et haec potissimum in nouatione obligationis  
 adhibebatur, quod ex CICER. loc. cit. satis patet, et  
 haec ratio fuisse videtur, quod THEOPHILVS in pa-  
 raphrasi graec. Inst. libr. III. tit. 23. nominum obligatio-  
 num definiuerit quod sit τὸ παλαιὸν χρέος εἰς καιρὸν δά-  
 νειον μετασχηματιζόμενον ἔηματι καὶ γράμματι τυπικῶ,  
 paulo post illustrat exemplo: Τὸς ἑκατὸν χρουσίους,  
 οὓς ἔμοι ἐξ αἰτίας μισθώσεως χρεωθεῖς, σὺ ἐν συνθήμῃς καὶ  
 ὁμολογίας δώσεις τῶν οἰκείων γραμμάτων. Vid. Summe





Ven. D. ERNESTI Clau. Cic. sub voc. Nomin,  
 Quandoquidem igitur duos solemnes olim contrahendae  
 obligationis praecipuos modos existisse, enictum est, facile  
 intelligitur, vnde POMPONIVS in L. 1. D. de ann. leg.  
*petere ex stipulatu aut ex nomine facto dicere potuerit.*

## §. VIII.

Cum vero alia negotia ex iure naturali apud Ro-  
 manos recepta naturales praestationes habentia ex bona  
 fide descendere dicta fuisset, iam supra demonstratum  
 sit, alia vero a iure Romano peculialiter inuenta solemniti-  
 tate quadam civili absoluerentur, horumque verba so-  
 lemnia vel ceremoniae obligationis adstringendae causa  
 fuissent, haud sane obscurum esse videtur, cur illa bonae fidei,  
 haec stricti iuris negotia fuerint appellata, in illis officium  
 iudicis latius patuerit, in his vero, quia obligatio non  
 ex aequitate naturali, sed immediate ex verbis solemnibus  
 coorta, nihil praeter id, quod lingua nuncupatum  
 aut scriptura expressum erat, iudex pedaneus adiudicare  
 potuerit et aut condemnare reum, aut absolvere debue-  
 rit. Et hanc utriusque iudicii differentiam bene nota-  
 uit. CICERO pro Rosc. Com. cap. 4. *Ad iudicium,*  
*inquit, hoc modo venimus, ut aut totam litem obtineamus,*  
*aut omittamus; ad arbitrium hoc modo adimus, ut neque*  
*nihil, neque tantum, quantum postulauimus, consequamur.*  
 Eius rei ipsa verba formulae testimonio sunt.

*Quid*





*Quid est in iudicio? directum asperum simplex: SI PA-*  
 RET HS 1000 *ad libellum sibi deberi, causam perdit,*  
*quid est in arbitrio? mite, moderatum. QUANTVM*  
 AEQVIVS ET MELIVS ID DARI. *Et sic facili*  
 negotio generale aliquod principium, quod rationibus  
 vtriusque iudicii commode internoscendis inferuire pos-  
 set, ex iam dictis confici posse putarem, nimirum: Eas  
 quarum causa efficiens ex principiis naturalibus, a Roma-  
 nis aequae ac ceteris gentibus agnitis descenderit, bonae  
 fidei; quae vero ex obligatione civili, verbis solemnibus  
 ore prolatis, aut in scripturam redactis, vel alio civili actu  
 solemniter conflatata gigneretur, stricti iuris fuisse actiones.





ULB Halle

3

005 880 491



VD18









1768, 15.  
No. 75.

SPECIMEN

CONTINENS

CAPVT IVRIS CONTROVERSVM

DE

VINO ACTIONVM

IN BONAE FIDEI

ET

CTI IVRIS DIVISIONIS FVNDAMENTO

QVOD

STRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA

PRAESIDE

CHRISTIANO HENR. BREVNING

SSOR. IVR. NAT. ET GENT. PVBLIC. ORDIN.

ET SOCIETAT. LITER. DVISVURG.

SOCIO

XXI. MAII ANNO CIOICCLXVIII.

IN AVDITORIO PETRINO

PVBLICE DEFENDET

AVTOR ET RESPONDENS


PHVS CHRISTIANVS CONRADVS

HASSE

GOSLARIENS.

LIPSIAE

EX OFFICINA LANGENHEMIA.



B.I.G.

Farbkarte #13